

2597 Tusculi in repositis villae Rufinellae.

imp. CAES · m. aurelio  
seue RO · AL · Alexandro  
pio f. ELICI · Iuucto aug  
diui s. EVERI · pti nepoti

Descripsit de Rossi.

2 AL litterae erasae  
sunt, sed leguntur.

2598 travertino BIONDI, sed qui statim addit: *non mi ricordo bene se è in marmo.* Inter Tusculanas dat BIONDI, addit: *sulla strada.*

DL  
RINCIPI  
RI · NOVOR  
P

Servavit Biondi ms. f. 28'.  
Inde Canina p. 175.

Exhibui ut traditur. — 1 DI Can. — 3 fin. R incertum esse dicit Biondi.

2599 fragmentum ingentis epistylis marmorei in una vigna sotto il Tuscolo dalla parte detta della Molara ROSSI (a. 1849); idem postea frustra quaesivit.

asini A · POLLIONIS · F  
asi NI · CELERIS e  
asin IVS · POLLIO · F illius

Descripsit de Rossi et edidit apud Borghesium opp. 3 p. 351, item ann. inst. arch. 1873 p. 185.

Confert Rossius Hieronymum ad Eusebium a. Abr. 2020 (p. 145 Sch.): *Asinius Pollio orator et consularis qui de Dalmatis triumpharat LXXX aetatis suae anno in villa Tusculana moritur*; idem monet in effossionibus Tusculanis prodiisse tegulas cum sigillo aliunde non noto *Asin. Poll.* vel *A. Poll.* (descriptas ab Amatio et editas a Borghesio opp. 3 p. 351; 6 p. 293 n. 12. 13).

2600 basis lapidis Tusculani similis eis quibus inscriptae sunt n. 2601. 2647 seq. eiusdem omnino temporis cuius sunt illae et eodem sine dubio loco reperta (foro quod sibi finxit Tusculano eam adtribuit Canina p. 117). Extat Tusculi in villa Rufinella.

Q · CAECILIVS  
METELLVS  
COS

Descripsit Henzen, recognovi ipse. Est huius corporis vol. I p. 280 n. XIII et in tabula Ritscheliana LXIX f. Nibby *viaggio* 2 p. 37 (inde sine dubio Melchiorri *Antologia* vol. 21 fasc. 61 p. 125), *analisi* 3 p. 351; Amati ms. Vat. 9738 f. 2, 9751 f. 34 et apud Biondium ms. f. 33; Biondi ipse ms. f. 35 (inde Canina p. 117), idem misit Borghesio qui edidit *Sagg.* 1 p. 34, edidit denique ipse act. acad. pontif. archaeol. X p. 390 (in dissertatione lecta d. 21 Feb. 1839).

Quis ex Quintis Caeciliis Metellis consulibus significetur, incertum est.

Scripti sunt hi tituli eodem tempore quo n. 2647—2661, id est aetate circiter Augusti.

2601 basis lapidis Tusculani similis eis quibus inscriptae sunt n. 2600. 2647 seq. Tusculi in villa Rufinella (foro suo Tusculano adtribuit Canina p. 116).

M · FVLVIVS · M · F  
SER · N · COS cos. a. u. 565  
AETOLIA · CEPIT

Descripsit Henzen, recognovi ipse. Est huius corporis vol. I n. 534 et in tabula Ritscheliana XLVIII E = LXIX E. Nibby *viaggio* 2 p. 38 (inde ut videtur Melchiorri *Antologia di Firenze* vol. 21 fasc. 61 p. 125), *analisi* 3 p. 351; Amati ms. Vat. 9738 f. 4, 9751 f. 30 et apud Biondium ms. f. 33; Biondi ms. f. 35 (inde Canina p. 116); Wells *Frasce* p. 212; Garrucci *syll.* n. 874. Orelli n. 562.

2602 in sepulcro magno rotundo ad viam, qua a Latina in arcem Tusculanam ascenditur, litteris magnis aetatis Augusti.

M · COELIO · M · F · VINICIANO  
PR · PRO · COS · TR · PL · Q  
OPSILIA · VXOR · FECIT

Descripserunt de Rossi et Henzen; hic et misit Borghesio (unde edita est in Borghesii opp. 8 p. 151) et edidit ipse *bull. dell' Inst.* 1849 p. 122, *syll.* n. 5358. Est huius corporis vol. I n. 641 et in tabula Ritscheliana LXXXIX c.

M. Coelius Vinicianus memoratur a Caelio apud Ciceronem ad fam. 8, 4, 3 et a scriptore belli Alexandrini c. 77. Tribunus plebis fuit a. 701, ut colligi potest ex Caelio l. c.; anno 707 a Caesare cum duabus legionibus Ponto praefectus est, teste scriptore belli Alexandrini l. c., quod munus omittitur in inscriptione; praetura et proconsulatus ad quod tempus pertineant, ignoratur. Haec fere Mommsen (paulo aliter atque Borghesius) vol. I l. c.

2603 basis lapidis Tusculani HENZ., basis marmorea NIBB. (*anal.*) ROSS. Tusculi in villa Rufinella. — Ego frustra quaesivi.

M · CORDI · M · F  
RVFI  
PR · PRO · COS  
AED · LVSTR · MON · SACR

Descripsit de Rossi anno 1844; anno fere 1847 viderunt Henzen et Mommsen. Amati ms. Vat. 9738 f. 6, 9751 f. 29', apud Biondium ms. f. 33, apud Borghesium *giornale arcad.* 14 (1822) p. 372 (*decad. numism.* V p. 18) = opp. 4 p. 269; Nibby *viaggio* 2 p. 39 (inde verba repetivit Melchiorri *Antologia* vol. 21 fasc. 61 p. 129; item inde Canina p. 174), *analisi* 3 p. 352; Biondi ms. f. 29; Cardinali *dipl.* n. 25. Orelli 3142.

4 SACR Rossi idemque ut videtur Henzen, item Amat.; SAC alii plerique. — Lege *aed(ilis) lustr(alis) mon(itoris) sacr(or)um*. Ita Mommsen (mus. Rhen. 1864 p. 458) collato n. 2580 ubi plene scriptum est *monitor*; *aed(ilis) lustr(ationis) mon(tis) sacr(i)* proposuerat Amati.

M<sup>2</sup>. Cordius Rufus is qui fuit triumvir monetalis anno 705 vel paulo post testibus nummis (cf. Mommsen *G. d. R. Münzwesens* p. 651. 657; Cavedoni in Borghesii opp. 4 p. 269 not. 3), ab hoc non diversus est. — In nummis his quod Castores interdum repraesentavit, id fecit Cordius Rufus ut originem suam Tusculanam (Borghesi opp. l. c. p. 270) ea re indicaret. Similiter M<sup>2</sup>. Fonteius, quem Tusculo oriundum fuisse constat ex oratione, qua Cicero eum defendit 18[14], 41[31], Castorem et Pollucem nummis suis insculpsit (Mommsen l. c. n. 498 p. 573. n. 221 p. 591).

2604 in Tusculano GVD., in villa Rufina nob(ili)um de Falconeriis in Tusculano FABR., Tusculi in villa Falconeria LESL.

M · CVSINIVS · M · F · VEL  
AED · PL · AERARIO · PRAEF · PR  
M · CVSINIVS · F · VEL · PATER  
FICTORIA · C · F · MATER  
5 CVSINIA · M · F · SOROR

Utramque partem descripserunt Fabretti 240, 642 (inde Mattei p. 80; Vulpi Lat. 8 p. 159) et Anonymus apud Gudium ms. 635, 1. 2, ille coniunctas, hic separatas partes exhibens; solam partem intuenti dextram descripsit Lesleus apud Lupium Vat. 9143 f. 15' et apud Vulpium Lat. 8 p. 146.

2 AERAR Gud. ommissa i. — 3 lacunam post CVSINIVS notavit Fabr. — F habet solus Gud., om. Fabr. et Lesl. — 4 C·F om. Gud., habet solus Fabr. — 5 CVSINIA·M·F·S om. Gud., servavit igitur solus Fabr.

*Aerario praefectus* quod dicitur Cusinius, non *praefectus aerarii Saturni*, indicat fuisse hoc munus extraordinarium, non legitimam praefecturam institutam a Nerone. Etiam propter omissionem cognominum hic titulus Nerone antiquior erit.